



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Divi Avrelii Avgvstini Hippon. Episcopi Meditationes, Soliloquia et Manuale

Augustinus, Aurelius

Coloniae Agrippinae, 1649

Nihil potest animæ sufficere præter summum bonum, 25

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54885)

speculando. Cœlum, & terra, & omnia quæ in eis sunt, non cessant mihi dicere, ut amem Dominum Deum meum.

C A P V T XXV.

Nihil potest anima sufficere præter summum bonum.

1. **C**Or humanum in desiderio æternitatis non fixum, nunquam stabile potest esse; sed omni volubilitate volubilius, de alio in aliud transit, quærens requiem ubi non est. In his autem caducis & transitoriis, in quibus ejus affectus captivi tenentur, veram requiem invenire non valet, quoniam tantæ est dignitatis, ut nullum bonum, præter summum bonum, ei, sufficere possit: tantæ est libertatis, ut in aliquod vitium cogi non possit. Propterea, unicuique propria voluntas est causa suæ damnationis vel salvationis; & ideo nihil ditius bona voluntate Deo offertur. Bona voluntas Deum ad nos deducit, & nos in eum dirigit. Per bonam voluntatem Deum diligimus, Deum eligimus, ad Deum currimus, ad Deum pervenimus, & eum possidemus.

2. O bona voluntas, per quam ad Dei similitudinē reformamur, & ei similes efficimur. Ita amabilis est Deo bona voluntas, ut ipse in corde habitare non velit, in quo bona voluntas non fuerit. Bona voluntas, illius summæ majestatis Trinitatem ad se inclinat. Sapientia namque ad cognitionem veritatis illam illuminat: Charitas ad desiderium bonitatis inflammat; Paternitas in ea custodit quod creavit, ne pereat.

C A-